Quelle:
Copyright:

Fr. Petrarcha Epistola de rebus senilibus.

Cod. XIX.

Chartac. Fol. Soc. 15.

1. 2.6.

In quo continentur Epistolae Francisci Petrarcha, non de rebus familiaribus, ut creditum hucusque, sed maxime de rebus senilibus. Destitutus harum epistolarum editionibus, id quidem nonnisi conjectura eruere possum, quam premissa tamen editionum serie stabilire aggredior. Numerantur a Niceronо T. 28. de Petrarcha, et a Fabric. Bibl. lat. m. et inf. T. 3. p. 229. sequentes: 1. Epistolarum de rebus familiaribus libri VIII. 2. Epistola 3 ad quosdam de illustribus antiquis, quasi sui contemporanei forent, Ciceronem, Senecam, Livium, Varronem, cum epistolari ad Socratem suum profatione. 3. Liber epistolarum XXII sine titulo. 4. Epistola 128 de rebus senilibus digesta libris XVIII. ea quibus decimus liber scriptus est ad Sacramorum de Pomerüs, ex equite armato militia monach. essere. 5. Epistolarum variarum LVII. ad Andream Dandulum aliosque liber unus. Jam quid harum codex noster?

Offert primo profationem seu proemium Petrarchae ad Simonidem suum his: "Olim sorati meo seri "bens questus eram, quod oratis hujus anus ille post "millesimum tercentesimum quadragesimus octavus, "omnibus me prope solatiis vitae amicorum moribus "spoliasset," — — — — "Quid nunc primo A "Sexagesimo faciam ano, qui ch?" Ergo 3 illae /: Supra n. 2.:/ epistolae cum profatione ad Socratem is annis nostras praecesserant. Lego insuper in nostra profatione: "Est ad Socratem liber familiarium re "rum noster, corpore quidem ingens, et si finirem, "ingentior futurus; proinde quod idit profagiebam, "video. Nullus enim alter epistolaris stili quam "vitae finis." Ergo et illa /: Supra n. 1.:/ rerum familiarium epistola jam exarata prius quam nostra.

Jam sequitur epistola prima ad Franciscum Scoy. Apstoy de Florentia, fortunae blanditias ghepta magnifico repellendas /: ita in indice:/ quae incipit: "Jam ante literarum tuarum adventum". Finem collectioni imponit 127ma, cujus initium: "Ursit amor tui,